


SANCTVS LULLVSEPIST.  
XLV. INTER S. BONIFA-  
CII EPIST.

LARÆ Christi Ecclesiæ lampadi luciferę,  
meoq; in doctrina diuinæ legis deuotissi-  
mo adiutori Gregorio: duplici presby-  
teratus Abbatisque honore, cum præcedente pro-  
priorum meritorum suffragio, decorato, Lullus ex-  
tremus orthodoxæ matris, videlicet Ecclesię alum-  
nus, immarcescibilis caritatis, in angulari lapide v-  
triusq; testamenti salutiferam salutem.

VITA S. LVDGERI EDITA

C. VI. T. II. Suriij, XXVI. Martii.

**G**regorius discipulus, simulq; successor S. Mar-  
tyris Bonifacij, Traiectinæ sedi in gradu pres-  
byter præsidebat.

EIVSDEM VITA

M. S. FULD. C. IV.

**L**Vtgerum parentes commendauerunt cuidam  
Gregorio, grandium meritorum viro, qui, &c.  
Traiectensi sedi presbyter, Episcopi vice, præerat.

CAP. V. IBIDEM.

& in edita cap. VII.

ABBAS GREGORIVS

*Prologo vita S. Svuiberti Marcellino adscripta*

**G**regorius Episcopus Traiectensis, & Frisoniæ  
gentis prædicator eximius.



HVCBALDVS IN S. LEBVINO,

Tom. V. Suriij, XII.

Nouembris,

**L**Ebuinus, Traiecti reperit venerabilem virum, nomine Gregorium, ex nobili Francorum sanguine procreatum; à B. Bonifacio Archiepiscopo olim à pueritia enutritum, gradu Ecclesiastico presbyterum; sed tunc, pro tempore, Episcopalis officii in eodem castro vel etiam Parochia Vicarium.

TRITHEMIUS de Viris Illustribus,

Lib. III. Cap. CCLXXXIV.

**G**regorius ex Abbate Traiectensis Cœnobij, Episcopus ibidem, vir sanctissimæ conuersationis, doctor & prædicator egregius, multos sua doctrina populos conuertit ad Christum: Cuius virtutum insigne cum laude prædicatur: eius festum agitur. 12. Kalend. Ianuarii.

GERARDVS NOVIOMAG.

Catalogo Episcop. Ultraiectensium.

**G**regorius à Bonifacio sanctissimo Præsule (qui & Maguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus fuerat) Ultraiectino populo in Episcopum ordinatus, quæ in opere Euangelico D. Villibrordus & Bonifacius inceperant, impigrè perfecit: & plenus bonis operibus diem extremum clausit. Ultraiecti, in templo, quod IESV Saluatori sacrum est, sepultus.

HADRIA.



HADRIANVS BARLANDVS,  
Catalogo eorundem.

**E**cclēsia sic à VVillibrordo & Bonifacio, viris  
laudatissimis instituta, postea Gregorium ha-  
buit Antistitem.

MARTYROLOGIVM I. MOLANI.  
XXV. Augusti.

**S.** Gregorij Episcopi Traiectensis, atque Con-  
fessoris; qui fuit instructor S. Ludgeri, Epi-  
scopi Monasteriensis.

MOLANVS IBIDEM.

**G**regorij Episcopi vita Ultraiecti ad sanctum  
Saluatorem, vbi quiescit, habetur scripta per  
discipulum, qui in prologo vocat Gregorium, Ab-  
batem & Præceptorem suum ab infantia. Hunc  
autem esse S. Ludgerum Episcopum, ipsius vita lo-  
quitur. Cap. xxxi. vbi hæc verba recitantur. Com-  
posuit & libellum de vita suorum quondam do-  
ctorum, venerabilium æque Sacerdotum, Grego-  
rij & Albrici; in quo vel ingenij eius acumen, vel  
eloquij splendor elucet.

LAMBERTVS HORTENSIVS  
rerum Ultraiect. Lib. 1.

**T**anta erat Collegij S. Crucis ob integritatis ac  
sanctimoniam apud exteros populos re-  
sistentiam & estimationem celebritas; vt non solum inde nostræ Ec-  
clesiæ



clesiæ Episcopi renunciarentur, sed finitimæ etiam  
hinc exirent, à quibus res administrarentur. Boni-  
facius ordine secundus, & Gregorius in Ca-  
talogo tertius ad Moguntinensem re-  
gendam lecti fue-  
runt.



COM.